



1769.

1. Bochmer, Georgius Ludovicus, Ord. ius. Prolocutus: honores . . . Iamn. Friderico Hesse, Ottone Friderico Kraut, Friderico de Graffen . . . ite collatos publice indicat. . . poenitissa observatione: De ius ratione Tustragali.
2. t Graffen, Fridericus, d. . . X confessione qualificata 2 exempl.
3. Hesse, Iamn. Fridericus: De creditore primum et mensam concursus ante crediti solitionem impere obligato.
4. Meisterus, Chrys. Fr. v. Georg: De bonis mores ex Romanis iuris poenauntione non paraphernatis, sed totatis.
5. Puefforus, Iamn. Stephanus: De sensu et conditione et supremacie i. i. R. G. potestatis Doctorum iuris



publis antiquorum figuris.

b. Vogel, Prosternus trigeminus: De similitatis moribus
et quoniam eos agnoscere licet.

C 2 1002

24 1769, 2⁶ 3
CONFESSIO^{NE} QVALIFICATA

SPECIMEN INAVGVRALE

Q V O D

POTENTISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

D O M I N O

GEORGIO III.

MAGNAE BRITANNIAE FRANCIAE ET HIBERNIAE REGE
DEFENSORE FIDEI

BRVNSVICENSIVM ET LVNEBVRGENSIVM DVCE

S. R. I. ELECTOR ARCHITHESAVRARIO

RECTORE GEORGIAE AVGVSTAE MAGNIFICENTISSIMO

I L L V S T R I S

IVRECONSVLTORVM ORDINIS AVCTORITATE

P R O L I C E N T I A

S V M M O S I N V T R O Q V E I V R E H O N O R E S

R I T E C O N S E Q V E N D I

P V B L I C O E R V D I T O R V M E X A M I N I S V B M I T T I T

FRIDERICVS DE GRAFFEN

H A M B U R G E N S I S .

E D I T I O S E C V N D A .

G O E T T I N G A E A D D I E M X X V . O C T O B R I S C I C I O C C L X I X .

ERFORDIAE,

S V M P T I B V S I O N , M I C H . H A G E N , M D C C L V X X I I I .



CONSPECTVS DISSERTATIONIS.

INTROITVS. DE CONFESSiONE IN GENERE.

D*e* ei confessionis ex iure Romano antiquo §. 1.

Mutatio iure Justinianeo introducta §. 2.

Qui intentionem adversarii partim confitetur, partim negat, pro confessio haberi non potest §. 3.

CAP. I. DE CONFESSiONE QVALIFICATA IN CAVIS CIVILIUS.

De qualitatibus, quae confessioni adiiciuntur, tam connexis, quam disiunctis §. 4. De quibus hae regalae notandae sunt.

A) Si confessio qualitates connexas continet, non debet dividi, quod

a) cum natura processus & legibus convenit §. 5. quia,

b) si pars intentionis ab adversario negata est, ea ab altera parte probari debet §. 6.

c) & ita confessio quae sit sub qualitate connexa litis contest, negativam continet §. 7.

Exceptionem tamen patitur haec regula, si contra qualitatem praesumtio quaedam iuris militat §. 8.

Observationes quaedam in iusto usu huius doctrinae observandae §. 9.

B) Si confessio capita disiuncta continet, potest dividi §. 10. 11.

Opinio Riminaldi refutatur §. 12.

Argumenta contraria Doctorum post Glossam in l. 9. C. de Except, reiiciuntur §. 13.

Allegatur opinio eorum, qui omne fundamentum confessionis qualificatae in analogia quarundam legum positum esse existimant §. 14 & 15.

Exceptiones spuriae in hac doctrina recensentur §. 16 & 17.

CAP. II. DE CONFESSiONE QVALIFICATA IN CAVIS CRIMINALIBVS.

Probationum diversa ratio est in causis civilibus, quam in criminalibus §. 18.

Confessio in causis capitalibus simpliciter fides non habetur, ut in causis civilibus §. 19.

C O N S P E C T V S.

*Nisi simul de delicto constet & circumstantiae cum confessione & rei
veritate convenient §. 20.*

*Tum enim plene probat, nimur si legitime in iudicio facta est §. 21.
Confessio qualificata in causis capitalibus non dividitur, si prae sumptio
pro qualitate adiecta militat §. 22.*

*Deficiente vero hac prae sumptione, reus qualitatem probare tenetur §. 23.
Probatur hac ex Conſt. Crim. Carol. §. 24.*

*Disquiritur quid statuendum sit, si reus qualitatem adiectam probat
§ 25, si eam probare non potest §. 26.*

*In hoc caſu cefsat poena ordinaria, quia ob prae sumptiones nemo poena
ordinaria punitur §. 27.*

Non tamen statim ad poenam extraordinariam recurrendum erit. §. 28.

*Sed media potius eruendi veritatem adhibenda sunt, tortura videlicet,
aut territio §. 29. aut purgatorium §. 30.*



DE



DE
CONFESSIO N E Q U A L I F I C A T A .

I N T R O I T U S .

D E C O N F E S S I O N E I N G E N E R E .

§. I.

Confessio adversarii in causis civilibus eo modo, quo leges eam definunt, facta, pro plenissima probatione, immo omnium reliquarum corona atque regina habetur (a). Neque id aliter, quam summa iuris ratione affirmari posse, vel ex eo intelligitur, quod quisque facti proprii, quod videlicet iura & obligationes ipsius concernit, certissimum dare possit testimonium: quod vi sua superat omne genus probationis sive per testes, sive per documenta suscepimus. Leges iuris romani in eo convenient, ut non tantum vim probationis, sed etiam vim sententiae & rei iudicatae illi adscribant, ea tamen adhibita distinctione, utrum in iure facta sit, an in iudicio, an prorsus extra iudicium. Confessus enim in iure habetur pro iudicato, secundum l. 1. D. de conf. Quicunque igitur in ius vocatus negotium ab adversario propositum absolute tanquam verum

A 3

agnoscit,

(a) MYNSINGER Resp. 1. n. 6. GAIL. L. II. obs. 106.



agnoscit, eius lis iam finita habetur, nec Praetor iudicem pedaneum cognitio peragit, sed eadem ratione, qua adversus iudicatos alio iudicati, ita adversus consitentem alio aeris confessi sive confessoria dabatur b), l. 23. §. fin, l. 25. §. 1. D. ad l. Aquil. qua quis ab adversario vi confessionis illud persequitur, quod ex facto confessio debetur. Coram magistratu competente factam confessionem ponunt leges; cum alioquin vim tantum extrajudicialis confessionis haberet c). Nec minus ipsius adversarii praesentia aut illius, qui pro eo in iudicio comparet, ut procuratoris, requiritur, cuius etiam tacita acceptatio sufficit. Alia ratio est confessionis in iudicio factae, id est coram iudice pedaneo, quae non statim vim rei iudicatae haberet, nec in iudicio confessus pro iudicato habetur, plene tamen probat contra consitentem eiusque heredes, & iudex pronunciare, atque reum condemnare ex ipsa legis dispositione obligatur d). Hoc loco quoque requiritur tam iudicis competentia, quam adversarii praesentia, ita tamen, ut ea confessio quoque pro iudicali habeatur, quae per scripturam iudici oblata, & cum adversario communicata est,

§. II.

Perslitit discriimen confessionis in iure & in iudicio factae usque ad ea tempora, quibus differentia inter praetorem & iudicem pedaneum, inter ius & iudicium ab usu recedere coepit. Postquam enim ad ipsum magistratum totius causae cognitio pertinet: ipsi integrum est, mandata sine clausula decernere adversus reum qui intentionem auctoris ante litis contestationem penitus confitetur: sin confessio post litis contestationem sequitur, sententiam condemnatoriam postulat. Plane extrajudicialiter facta confessio, sive scriptis, sive ore, sive alio modo prolata plenam probationem efficit, dummodo deliberato animo facta atque in iudicio satis probata sit e).

§. III.

Quo maius vero est incommodum, quod ex confessione premit consitentem: tanto maiori opus est cautione, ne quodecumque rei assertum, quo

b) Probé distingueda ab illa reali. Haec enim est personalis, nec datur nisi contra consitentem eiusque heredes arg. l. 6. §. fin. D. de re iud. c) vid. tit. C. si a non comp. iudic. d) L. 74. pr. D. de iudic. e) L. 13. C. de n. n. p. l. 26. D. depos. l. 15. C. de fid. instrum. Nov. XC, c. 2. vid. LAVTERBACHII Diff. de confessione.

quo tantum partem intentionis ab adversario prolatae tanquam veram agnoscit, pro confessione absoluta habeatur & onus probandi ei prius imponatur, quam omnis intentio adversarii per confessionem satis probata sit. Accidit illud in hac specie, si reus intentionem actoris puram sub certa limitatione confiteretur; tum enim, quia unius eiusdemque facti partem concedit, partem negat, omnis plane intentio actoris ex confessione rei profundata haberri nequit, prout a nonnullis iuris interpretibus existimaturn est. Quam falsa enim haec opinio sit, & quantum analogiae legum & naturae processus obverferetur, explicare operam dabo, cum de confessione sub qualitate facta differere periculum facio. Nec hanc materiam inutilem esse arbitror, cuius vis se exserit in quaestione, num ea qualitas, sub qua quis in iudicio factum adversarii confiteretur, ab ipso confidente, an vero intentio ab altera parte probari debeat. Quantum vero in omni causarum genere intersit, cui inter partes probatio iniungatur, vel quilibet intelligit, qui omnem eventum litis nunquam sere non ex probatione pendere perspicit. Itaque operam me non perditurum esse puto, si, quo tempore mihi specimen inaugurale exponendum est, doctrinam confessio- nis qualificatae pro virium modulo tractandam aggredior, praesertim cum multi Doctores eam prorsus intactam reliquerunt, alii, quasi per transen- nam practereuntes adspicerunt, pauci admodum eam sub exaltius examen revocarunt. In quo tramite, ut iusto ordine procedam, prius naturam & indolem confessionis qualificatae praecipue in causis civilibus exponam, deinde de usu & singulari applicatione eius in causis criminalibus quaedam adiiciam.

CAP. I.

DE NATURA ET INDOLE CONFESSIONIS QUALIFICATAE PRAECIPUE IN CAUSIS CIVILIBVS.

§. IV.

Confessio dicitur qualificata, quae fit sub certa limitatione^{f)}. Quodsi enim quis agnita facti proprii veritate, simul affirmat, ipsi causae principali additam

^{f)} Vid. III. BÖHMERI Princ. iur. canon. §. 824.



additam esse limitationem, hanc confessionem Doctores g) qualificatam nominant h). Sub limitatione vero intelligimus talēm qualitatēm, qua factum quoddam determinatur. Quot modis igitur factum determinari potest, tot dantur genera limitationum. Fieri illud potest vario modo, tum intuitu perdurationis, tum intuitu refectionis, tum intuitu implementi vel consummationis tum intuitu existentiae & validitatis negotii. Huc referuntur conditions, modi & pacta qualiacunque, quae negotio cuidam adiiciuntur. Ex eo vero intelligitur, quasdam limitationes cum causa principali connexas esse, quasdam vero separatas & disiunctas. Connexae sunt, a quibus factum, qua tale, & quatenus initum est eiusque iura & obligations dependent. Disiunctae sunt, a quibus factum qua tale eiusque iura & obligations non dependent, quamquam eius implementum concerne possint i). Cum ea quae factum ipsum, qua tale, respiciunt, ut plurimum eodem tempore, quae vero ad eius implementum vel executionem pertinent, diverso tempore intervenire soleant: interpres etiam a temporis rationibus characterem qualitatis connexae vel disiunctae repetunt, prout vel in continentri vel ex post adiecta est: quamvis & eundem per se sufficientem non agnoscant, sed ita circumscribant, ut ab eo simul factum, qua tale, dependere vel non dependere ponant. Si quis confessioni qualitates connexas adiicit, haec regula obtinet: *Confessio qualificata non debet dividī, sed ab adversario vel in totum acceptanda vel in totum repudianda est.* Huic regulae vis tribuitur, ut adversarius acceptare non posset eam confessionis partem, in qua intentionem suam fundat, alteram vero repudiare & eius probationem exigere. Aut enim acceptare & tanquam verum agnoscere debet id, quod alter confessus est cum qualitate, aut, negata limitatione, totam confessionem repudiare & intentionis suae probata.

g) BARTOLVS & Dd. in l. *siquidem* C. de Except. & in l. AVRELIVS s. idem quæsitus de lib. leg. BALD. in l. 2. C. de donat. ante nupt. & innumeri, qui hos sequuntur.

h) Perinet haec tantum ad veram confessionem, sive scriptis sive ore prolatam s. iudicalem s. extraiudicalem, modo haec satis probata sit. Ficta enim confessio, quomodo sub qualitate quadam fieri queat, vix cogitari potest: i) vid. FRANTZKIUS in Resol. jur. quæst. 20. Connexa sunt, quae vel uno tempore simul, vel successive quidem, sed incontinenti expediuntur. Separata sunt connexa, vel quae diversis temporibus fiunt, vel quae in continenti quidem sequuntur, unum tamen ad alterius determinationem non venit, aut quae quidem se invicem determinant, non tamen in continenti apponuntur.

probationem suscipere. Etenim confitens, nisi alter concedat qualitatem adiectam, negotium ipsum pure & simpliciter agnovisse non censemur.

S. V.

Regula, quod confessio qualificata in capitibus connexis dividi non debeat, tam cum natura processus, quam cum regulis probationum optime convenit. Actor fundamentum agendi probare debet, adeo ut, si vel minimam actionis partem neget reus, haec ab auctore prius probanda sit, quam eius petitio satisficeri possit. Pertinet ad iudicis officium ut facta rei responsione, actori ea actionis capita probare iniungat, quae a reo negata sunt k). Egregia eam in rem est sanctio Imperatorum in l. 9. C. de except. Si quidem intentionem actoris probatione deficere confidis, nulla tibi defensio necessaria est. Si vero de hac confitendo, exceptione te mutantur asseveras, de hac tantum agi convenit. Nam si etiam de intentione dubitas, habita exceptionis contestatione, tunc demum, cum intentionem suam secundum asseverationem suam petitor probaverit, huic esse locum monstrari convenit. In hac lege summa ratio latet eius regulac quam de confessione qualificata dedimus. Quodsi enim pars intentionem suam per confessionem adversarii probare vult, confessio eadem momenta contineat necesse est, quae intentionem alterius efficiunt. Si igitur confessus vel minus quam quod in actione propositum est, vel sub diversis relationibus vel per limitationem fatetur, tum intentio actoris per confessionem non fundatur, sed aliunde fundamentum actionis evincendum est. Si v. c. actor intendit, reum sibi promisso centum, reus vero profitetur se quidem promisso, sed non aliter quam sub conditione, si Roman iter faceret; in hoc casu denegata est a reo simplex promissio, ea enim quae proponitur est conditionata. Actori itaque iniungenda erit probatio, promissionem simpliciter factam esse. Inter Judaeos certi loci antiquitus receptum erat, ut, qui domum suam venderet, certam summam in schola Judaeorum deponeret, in acquisitionem aliorum bonorum immobilium impendendam. Actor domum suam vendiderat, ob aes alienum, quo obruebatur. Post aliquot tempus agit adversus Praefectos scholae ad restitutionem nominis, quod se, ex more recepto, depositi loco scholae de-

B

disse

k) Vid. HAHN Diff. de litis contestatione §. 33, in III. PÜTTERI Opuscul. rem iudiciar. Imp. illustr. n. 13.



disse asserebat. Rei, depositionem pecuniae inter se quidem usu receptam esse agnoscentes, auctorem tunc temporis nihil deposituisse contendebant ob aces alienum contractum, cui expungendo pretium aedium ne quidem sufficerat. Quaerebatur, num auctoris intentio ex confessione reorum, qua depositionem pecuniae apud se in usu esse agnoverant, fundata esset. Quod negatum est, quia intentio auctoris praecipue in eo fundata erat, quod ex more Judaeorum certam summam deposuerit: morem vero Judaeorum agnatum esse non sufficiebat, cum auctorem ex hoc more egisse rei pernarent *h.*

§. VI.

BOEHMERVS in Iur eccl. Prot. *m*) quem ante omnes sequimur, vel ob hanc rationem non dividendam esse confessionem qualificatam existimat, quia reus id negat, in quo cardo controversiae primario consistit. Ita enim loquitur: "is, qui promissionem sub conditione factam esse profiteur, in effectu negat intentionem auctoris, quae in pura promissione se fundat, adeoque illam probare debet: neque enim status controversiae in promissione se fundar, sed in eo, an pure promiserit, quae hic connexa sunt" & ideo haud dividenda. Confessio enim talis non liberat auctorem ab onere probandi, sed nihilominus fundamentum intentionis probare debet, nec reo imponendum onus probandi properea, quod aliquid confessus sit. Plura saepe reus confiteritur in litis contestatione, sed quia potiora adhuc negat, quae statum controversiae primario respiciunt, nihilominus auctori probatio eius iniungitur, quod a reo negatum est" v. c. si locator agit adversus conductorem actione mutui ad solvendum centum, quae ex mutuo debet. Conductor respondit, se centum debere sed ex conductione. In hoc casu auctori imponenda erit probatio, quia mutuum negavit, in quo intentio auctoris posita est, & quod statum controversiae primario concernit. Nisi enim mutui probatio iniungeretur, auctor ex locatione denuo idem debitum perere posset.

Quum quidam fideiussorio nomine fassi essent, se intercessisse pro debitore, ea tamen lege & conditione, ut auctor vicissim aliquid praestaret debitori, quod ab eo non esset adimpletum, Senatusque illius civitatis, cum quo causa agitata erat, existimans auctoris intentionem ex hac reorum con-

H vid. BOEHMERI Consult. T. III. p. II. *m*, 247. *m*) Lib. II. tit. 18. §. 2.


confessione fundatam esse, solutionem illis iniunxit, nisi conditionem adiectam probaverint, decretum illud in iudicio curiali Lipsiensi reformatum esse docet HARTMAN, PISTOR ⁿ⁾, & summa quidem iuris ratione. Rei enim negant fideiussionem ita simpliciter initam esse, ut ab auctore proposta est. Cum igitur reus de intentione actoris dubitat, ea ante omnia probanda erit.

S. VII.

Proinde summo iure affirmari posse existimo, confessionem sub qualitate connexa factam, si accuratius naturam eius species, litis contestationem negativam involvere. Haec enim adest, si reus factum in actione proposum vel in totum vel ex parte verum esse negat ^{o)}. Qui vero factum ab adversario assertum sub certa limitatione agnoscit, is quidem verum esse illud eatenus affirmat, quatenus cum limitatione conjunctum est, negat vero si factum sine hac limitatione consideratur. Si reus intentionem actoris sub conditione quadam suspensiva agnoscit, tum fundamentum agendi eatenus verum declarat, quatenus cum hac conditione coniunctum est, sine conditione vero factum actoris plane negat. Quodsi igitur actoris intentio in negotio quodam puro posita est, quod pure celebratum esse negat reus, quamvis id alia ratione initum esse non dissiteatur; actor ex natura litiscontestationis negativa ad eius probationem tenerur, v. c. Venditor agit actione venditi adversus emtorem ad contractum implendum. Emto respondit, sese non emisse, nisi sub conditione, ut domus a servitute liberaretur, qua non implera, sese consensem in emtionem venditionem non dedisse, nec itaque perfectum contractum adesse. Decisum est ab inelyto ICtorum ordine Gottingensi, auctorem probare debere, emtionem venditionem pure factam esse, hac adiecta ratione: dem Kläger kommt das vermeinte Geständniß des Beklagten so wenig zu statthen, daß vielmehr dessen Beziehung auf die vorgewesene Bedingung, unter welcher er den Kauf eingehen wollen, deutlich genug eine Ablehnung des von Klägern als schlechterdings geschlossen angegebenen Kaufcontrahcts enthält. Improvide agunt patroni causae, qui huius rei parum solliciti sub colore externo litiscontestationis affirmativaem non sic, sed aliter gestam esse profi-

B 2

ⁿ⁾ In quaest. iur. Lib. 4. qu. 16. n. 2. in eius operibus p. 1308. ^{o)} Vid. II. BOEHMERI Princ. iur. can. Lib. IV. P. I. Sect. III. tit. 7.



profidentur. Judex enim parum cautus facile induci potest, ut reo onus probandi qualitatem adiectam iniungat, securus vulgarem regulam, quae reo, qui litem affirmative contestatur & exceptiones adiicit, earum probatio imponitur.

§. VIII.

Confessio itaque qualificata, si capita connexa continet, onus probandi in adversarium devolvit. Haec tamen regula exceptionem patitur, si contra qualitatem a reo adiectam praesumtio iuris militar. Tunc enim adversarius confessionem dividere eamque acceprare potest sine qualitate, & ipse confitens, nisi causa cadere velit, ad suscipiendam probationem teneretur. Sic, si quis iniuriarum actione conventus, se quidem verba iniuriosa adhibuisse profiteretur, sed sine animo iniuriandi proleta esse affirmat, ad probationem huius qualitatis obligatus est. Leges enim praesumunt, verba iniuriosa animo iniuriandi dicta esse, & tum demum reum a calunnia liberi volunt, si non convicci consilio se aliquid iniuriosum dixisse probaverit p). Qui intentionem suam in iure aliquo singulari fundat, illud non minus probare deberet, quia in dubio pro iure communi & pro eo, quod regulariter in loco quodam statutum est, praesumitur. Egerat Senatus civitatis cuiusdam contra cives eius loci intuitu iuris eligendi rectorem scholae. Rei confitebantur, senatui competere ius nominandi, sed negabant, privative illi competere. Quaerebatur, num senatus confessionem reorum in totum acceprare deberet, aut quoad qualitatem adiectam repudiare posset. Responsum est, posse reiici qualitatem a reis adiectam, quia confitentes actori ius nominandi concedunt, insuper tamen ius singulare asserunt, quod in effectu ius nominandi destrueret eique contradiceret. Illos enim tale ius sibi tribuere, quod libertati nominandi contrarium esset, & quod tanquam ius singulare, cui ius commune & regula iuris resistit a reis probari deberet q).

Eadem est ratio in eo casu, si actor intendit, se ob certam causam reo aliquid dedisse, reus vero confiteretur, se recepisse quidem, sed simpliciter sineulla causa datum esse. Hic enim, quia donatio regulariter non praesumitur,

p) L. 5. C. de iniur. q) vid. I. H. BOEHMERI *Consult.* T. III, P. 2. n. 684.

sumitur, reus adiectam qualitatēm probare debet, nisi ex propria sua confessione condemnationem pati velit ^{r).}

§. IX.

Quamvis vero absque hac praesumtione confessionem qualificatam, si adeo limitatio connexa dividere non licet, integrum tamen nihilominus est parti adiectae, qualitatem confessioni additam refutare, & contrario probato, confessionem deinde absque qualitate acceptare.

Quaecunque haec tenus de confessione qualificata non dividenda dicta sunt, non solum in reo ad actionem respondentem, sed quoque in actore sub qualitate adiecta replicante & respondentem obtinent. Iura enim actoris & rei intuitu probationis paria sunt. Unde, reo paetum remissorium allegante, si illud actor concedat, sed sub conditione quadam suspensiva factum esse adiiciat, per hoc ipsum non censetur rei assertum profiteri sed plane negare & hinc onus probandi in reum devolvere, quod paetum pure factum sit.

Illud non minus in iusto usu doctrinae confessionis qualificatae observandum est, eam tum demum obtinere, quando de re ipsa non aliter, quam ex confessione partis constat, & si quis in iudicio per confessionem adversarii probare velit. Quodsi enim actor intentionem suam simpliciter probaverit, ita ut de ea iam aliunde sive per testes sive per documenta constet; reus qui sub qualitate confitetur, non propterea liberatur, sed eam qualitatem probare tenetur. Cum enim actor intentionem suam non tam in confessione adversarii ponit, sed in alia specie probationis, sola confessio sub qualitate connexa facta non infringere potest hanc probationem, sed ea alio modo elidi debet ^{s).}

§. X.

Quae haec tenus a me tradita sunt, eo redeunt, ut confessio sub qualitate connexa facta ab adversario vel in tortum acceptanda vel in tortum repudianda sit, nisi quaedam praesumtio iuris contra eam militat. Restat igitur alterum confessionis qualificatae momentum, quod concertit confessionem separata & diversa capita continentem, si videlicet confessio sub

B 3

eo

^{r)} HARTMAN. PISTORIS *Quæst. iur.* Lib. IV. qu. 10. in eius operibus p. 1320.

^{s)} vid. HARTM. PISTORIS *Quæst. iur.* C. IV. qu. 16.

ea qualitate facta est, a qua non tam factum ipsum eiusque iura & obligationes dependent, sed quae magis executionem eius concernit. Hic enim regula quam supra dedimus, vice conversa obtinet: confessio quae sit sub qualitate non connexa ab adversario pro parte acceptari pro parte repudiari potest. Quodsi enim confitens omnem intentionem adversarii tanquam veram agnoscit, simul tamen qualitatem quandam negotio principali accessisse affirmat, a qua iura & obligationes ipsius negotii non dependent, tum confessionem commode dividiri posse, iam supra diximus. Sic, si directa depositi actione conventus respondeat: depositum quidem accepi, sed illud restitui; tum satis clarum est, quod haec qualitas restitutionis separari possit ab acceptatione depositi, cum implementum obligationis concernat. Pari ratione, si actori agenti ex mutuo reus respondeat, se quidem debere, sed auctorem sibi rursus ex alio capite obstrictum esse. Hic fundata est intentio actoris ex confessione rei: sed adiecta qualitas pertinet ad exceptionem eius. Idem enim est, ac si ita respondisset, fateor, me tibi ex mutuo debuisse mille, sed oppono tibi exceptionem compensationis. Eadem est ratio in omnibus illis speciebus, in quibus quis obligationem agnoscit, solutionem vero vel acceptilationem vel paetum remissorum adiectum esse affirmat, l. 29. D. de minor. Cum enim haec qualitates separata facta contineant, quorum unum cum altero simpliciter coniunctum non est, ea separari debere tanto certius appareat, quo magis constat, ex separatis factis, separata oriri iura & obligationes,

§. XI.

Dantur species, in quibus incertum atque dubium esse videtur; num hacc qualitas, sub qua quis intentionem adversarii confitetur, vere connexa sit, necne. In contractibus enim, quibus conditiones vel pactiones adiectae sunt, saepissime dubitatur, a quoniam inter partes probatio earum exigenda sit. Conditio enim negotio adiecta qualitatem connexam simpliciter non efficit, nisi simul ratio habeatur, num validitas negotii, & ita iura & obligationes illius, a conditione dependeant. In quolibet itaque contractu id spectandum est, quod leges ad perfectionem eius requirant. Hoc si adiecta, negotium per se validum habetur, & si vel maxime limitatio adiecta sit, tamen pro connexa non habenda erit. Inde sit, quod conditio resolutiva contractui adiecta, qualitatem connexam efficere non possit,
quia

quia negotium non reddit conditionale, sed tantum pure initum eveniente conditione resolvit. Emotor agit actione emti adversus venditorem ad contractum implendum. Venditor confitetur, se vendidisse, sc̄a sub hac conditione, ut sibi liceret a contraquā recedere, si intra mensem melior conditio offereretur, qua intra tempus praefinitam oblata, a venditione recedere contendit. Validitas emtioneis venditionis hoc loco restricta non est per adiectum pactum additionis in diem, sed emtio venditio perfecta adfuit, simulac contrahentes in rem & pretium consenserunt. In promptu est alius casus ab inclyro Jureconsultorum ordine Goertingenſi decisus. Emotor agebat actione emti adversus venditorem, ut rem emtam traderet. Venditor confitebarat, se vendidisse, sed sub conditione, ut resloveretur negotium, si emotor intra mensem rem emtam non abduceret. Perfecta hic erat emtio, simulac consensus in rem & pretium adfuerat ¹⁾. Dam igitur reus venditionem facetur, idem est ac si diceret, consensum in rem & pretium adfuisse, dum addit, conditionem adiectam esse, *ut resloveretur*, perinde est ac si affirmaret, negotium pure initum resolvi debere existente conditione. Ex quo consequitur, qualitatem confessioni adiectam omnino separari posse ab emtione venditione, cum perfectio eius non dependat nec suspensa sit ab existentia conditionis. Decisum quoque est, reum adiectam conditionem probare debere.

S. XII.

Exposita, quantum a me fieri potuit, natura qualitatum tam connexarum, quam separatarum, quae negotii adiici solent, supereft, paucis rationes quorundam Doctorum expendere, qui in definita confessione qualificata aliter sentiunt. HIPPOLYT. RIMINALDVS ^{u)} talem speciem proponit, in qua reus confitebatur, se rem quidem accepisse, mox vero uxori eius, ad quam illa pertinebat, dedisse. Quaeritur, num intentio actoris, qui hanc rem repetebat ex hac confessione fundata esset. Negat hoc RIMINALDVS, dicens, in confessione qualificata praeципue videndum esse, num limitatio ad qualificandum, ut ait, negotium principale additum sit. Nihil enim interesse, num unum factum ab altero diversum sit, modo illud per hoc determinetur & confessio uno orationis contextu proposita sit. Proinde hanc confessionem in casu proposito non esse dividendam,

sed

¹⁾ Pr. Inst. de emt. vend. l. 1. §. ult. l. 2. §. 1. D. cod. ^{u)} In Confil. Lib. II. conf. 127.



sed eam ab auctore aut in totum acceptandam aut in totum repudiandam esse purat. Sed non est, quod amplectamur RIMINALDI opinionem. Damus enim, confessionem qualificaram saepissime duo capita continere eamque tamen dividi non posse v. c. si reus confitetur, se centum promisisse, sed sub conditione, ut alter Romanum iter faceret. Damus porro, qualitatem in casu proposito a reo adiectam, ita comparatain esse, ut negotium principale, ut ait, per eam qualificetur. Inde tamen non sequitur, eam a causa principali sejungi non debere. Non enim quaelibet qualitas adiecta onus probandi in adversarium devolvit, sed ea tantum, quae facta conuexa continet, quorum unum cum altero ita coniunctum est, ut iura & obligationes ab hac coniunctione dependeant. In casu proposito vero res longe aliter comparata est. Confessio enim, rem ad confidentem pervenisse, solo verborum contextu coniuncta est cum qualitate ea, quod eam uxori auctoris reddiderat, & diversa facta continet. Proinde in casu adducto reo potius probationem qualitatis adiectae iniungendam fuisse arbitror.

§. XIII.

Quam clara tamen atque perspicua ea argumenta sunt, quae supra §. 5. 6. 7. ad probandum fundamentum confessionis sub qualitate connexa factae allegavimus, non desunt tamen, qui post Glossam in l. 9. C. de Except. de omni hac doctrina dubitant. In ea enim dicitur, reum probare debere conditionem, quam adiecit. Stauunt igitur ipsam rem quam quis confitetur, & qualitatem, quam confessioni adiicit, non adeo cohaerere, ut separari & sejungi non possent. Confidentem enim duo affirmare, tam ipsum factum principale, quam limitationem. Ex confessione ipsius facti fundatam esse intentionem adversarii, eumque ideo ad eius probationem adstringi non posse; in qualitate vero fundamentum aliquod defensionis positum esse, ab eo probandum, qui ad illud provocat. Deinde confessioni qualificatae eandem rationem inesse, quam invenimus, si quis intentionem quidem adversarii fundatam esse concedit, sed exceptionem pacti de non petendo intra certum tempus obiicit, cuius probationem in se suscipere tenetur. In l. enim §. 19. D. de prob. afferi, ab ea parte quae dicit, adversarium suum aliquo iure prohibitum esse, specialiter lege vel constitutione, id probari oportere, & reum, si pacti conventi exceptione utatur,

utatur, docere debere pactum conventum factum esse. In l. denique 83 §. 1. D. de V. O. talem casum proponi, in quo confitenti sub qualitate adiecta eius probatio imposita est.

Sed omnis vis horum argumentorum, si diligentius originem eius indagamus, in erronea ea opinione posita est, ac si is, qui sub limitatione connexa confitetur, intentionem actoris fundatam esse affirmaret, ideoque limitationem adiectam probare deberet. Sed supra iam dictum est, hanc confessionem magis negationem quam affirmationem continere. Insuper etiam dici non potest, assertionem confitentis duo comprehendere, quae separari & dividii possent. Cum enim factum principale determinetur per adiectam limitationem, sequitur, sine ea nec obligationem nec actionem cogitari posse, & ita limitationem esse partem actionis vel potius connexum obligationis initae. Quod deinde obiicitur argumentum, confessioni qualificatae eandem rationem inesse, quae adest, si quis exceptionem pacti de non petendo intra certum tempus opponit, quam probare tenetur, a diversis ad diversa conceptum est. Qui enim hoc pactum obiicit, is confitetur se obligatum & actionem iure civili adesse; qui vero sub qualitate connexa fatetur, non intendit liberari ab obligatione, sed potius se obligatum & actionem natam esse negat. Tandem adversus ea, quae ex l. 83. §. 1. D. de V. O. proposita sunt, illud moneo, quod debitor non negaverit se Stichum promisisse, sed de alio Sticho se cogitasse exceperit, cuius exceptionis probatio reo vel ideo incumbit, quod ex parte sua errorem admissum esse assereret: Addit ICtus in cit. Lege: *Sed hic est, ut is petitus videatur, de quo actor sensit. Nam stipulatio ex utriusque consensu vallet. Judicium autem in invitum redditur, & ideo actori potius credendum est, alioquin semper negabit reus se consensisse x).*

§. XIV.

Doctores quoque ratione fundamenti in confessione qualificata aliter sentiunt, eamque magis in analogia quarundam legum, quam in doctrina de probationibus, & in natura processus positam esse existimant. Ut vero perspicue intelligatur vis legum, quae ad probandam confessionem qualificatam vulgo allegari solent, eas sigillatim explicabimus. Citant primum l. 23 D. de Usuc, in qua dicitur: *'si quis aedes mercatur, is non tam C singu-*

x) Cf. ZANGER in Tr. de Except., P. III, c. 26. n. 178.

"singulos partes aedis, ex quibus aedes constant, sed solum cum aede possi-
"dere pyrandus est, alias dici posset, quod alio tempore superficies, alio
"solum praescribi deberet, cum tamen iuri civili non conveniat, ut una
"res diversis temporibus capiatur, nec quoque recipi possit, ut eadem res
"tanquam mobilis & immobilis simul possideatur. Applicatio huius le-
gis ad litis contestationem qualificatam vel ideo dubia & anceps efficitur,
quod a praescriptione aedis & acquisitione rerum corporalium argumen-
tum duci nequeat ad confessionem, cuius ne minima quidem mentio in hac
lege facta est. Sed Doctores magis ex analogia huius legis argumentum
desumere, nec tam ipsam confessionem qualificatam, quam potius hanc re-
gulam: quod connexa non dividi debeant, ex ea firmare voluerunt, Adii-
ciunt l. 16. D. de admin. tut. cuius verba ira se habent: "Cum quaeritur
"iudicio tutelae, quae nomina a tute facta agnoscere pupillus debeat,
"MARCELLVS putabat, si tutor pecuniam pupilli mutuam dedisset, & suo
"nomine stipulatus esset, posse dici nomina integra pupillo salva esse, de-
"perdita & male contracta ad tutorem pertinere, sed verius se putare, posse
"tutorem eam conditionem adolescenti deferre, ut id, quod gessisset tutor
"in contrahendis nominibus aut in totum agnoscere aut a toto recedere:
"ita ut perinde esset, ac si tutor sibi negotium gessisset. Idem est, et si
"pupilli nomine credidisset." In hac lege quidem omnia nomina a tute
intuitu pupille contracta, tanquam unum nomen considerantur, sed inter
ea & inter confessionem qualificatam haec ratio diversitatis intercedit, quod
singula nomina non adeo connexa sint, ut separari non possent, in confes-
sione vero limitatio cum causa principali adeo connexa sit, ut tanquam
unum factum considerari possit.

§. XV.

Addunt l. 27 D. fam. herc. hisce verbis: in hoc iudicio condemna-
tiones & absolutiones in omnium persona facienda sunt: Et ideo, si in
alicuius persona omessa sit condemnatio, in ceterorum quoque persona
quod fecit index, non valebit: quia non potest uno iudicio res indicata
in partem valero in partem non valere. Provocant quoque ad l. 29. §. I.
D. de minor. in qua hic casus continetur: Ex causa curationis condem-
nata pupilla adversus unum caput sententiae restitui volebat, & quia
videbatur in ceteris litis speciebus reservata fuisse, actor maior aetate
qui

qui ad quievit tunc temporis sententiae, dicebat totam debere litem restaurare. HERENNIVS MODESTINVS respondit, si species, in qua pupilla in integrum restitui desiderat, caeteris speciebus non cohaeret, nihil proponi, cur a tota sententia recedi actor postulans audiendus est. Ex hac praeципue lege probare student, confessionem qualificatam dividi posse, si capita non connexa contineat. Allegant porro l. 4. D. de leg. 11. ubi dicitur: neminem eiusdem rei legatae sibi partem velle partem nolle verius est. Adiiciunt denique l. 24. C. de transact. Sin vero certam quantitatem, quasi ab adversaria debitam, reddere se debere sine litis decisione confessa est: tam eam quam residuum debiti partem petere minime prohiberis.

Quac leges, si nihil aliud, hoe saltrem probant, quod res, quae inter se connexae sunt & cohaerent, non dividi debeant, illae vero quae non connexae sunt, a se invicem discerni & sciungi possint. Haec principia Doctores ad confessionem qualificatam applicarunt, moti sine dubio auctoritate iuris canonici & quidem c. 6. X. de instit. in quo hic casus continetur: Procuratores, nomine Episcopi Eboracensis, agunt coram sede apostolica adversus Archidiaconum Richemond. Petunt ius institutionis personarum & custodiam ecclesiarum vacantium, fundant intentionem suam in iurisdictione Archiepiscoporum, & in consuetudine generali, simul quoque in eo, quod concessio iurium, quae quibusdam archidiaconis Richem. facta esset, raurum personalis fuisse. Ad haec archidiaconus Richem. respondit, hanc dignitatem suadente rege Angliae H. ex perperuo consensu capituli archidiaconarui concessam & reali & liberali concessione donatam esse. Archidiaconatum quoque in continua possessione tam istarum, quam aliarum libertatum, multorum Archiepiscoporum & regum & archidiaconorum temporibus fuisse, & Archiepiscopum sine ulla conditione eas concessisse. Lata est sententia interlocutoria, Archidiaconum in plena libertate eiusdem diaconatus tuendum esse, donec probatum legitime fuerit ex adverso, liberrates ipsas archidiaconis ab archiepiscopis personaliter fuisse concessas. In hoc casu in lege proposito intentio actoris in concessione quadam personali fundata erat. Quaerebatur, num haec ex confessione adversarii satis probata esset, qui concessionem quidem profitebatur, sed sub ea qualitate, quod realis fuerit. Pontifex contendit, eam non fundatam esse, sed actorem prius probare debere intentionem suam, quae in



concessione personali posita est. Addunt cap. 6. X. de Except. in quo Sabinensis episcopus ecclesiam quandum a monasterio Fers. vindicans, ideo fundamentum agendi satis clarum esse putabat, quod monachi responderant, hanc ecclesiam dudum quidem fuisse subiectam ecclesiae Sabin., postea vero permutationis causa ad monasterium Fersense venisse. Sed decisum fuit, intentionem Episcopi per adversarii responsonem non fundatam esse, quia iuxta legitimas sanctiones excipiens non censeretur de intentione adversarii confessus esse y).

S. XVI.

Non a re alienum erit, paucis exceptiones expendere, quae intuitu huins doctrinae a Doctribus inventae sunt. Si enim ulla in omni iure doctrina multis limitationibus restringitur, haec est, quae nihil aliud clarius probant, quam quod Icti in ipsa notione confessionis qualificatae sibi ipsi parum constant. Potiores earum magis recensere, quam ulterius prosequi animus est. Confessionem qualificatam dividi posse existimant^z.

- 1) Si qualitas non uno & eodem tempore rei principali accessit, v. c. si quis dicat, se promisisse, sed ex intervallo demum adiectam esse determinationem. Tum enim plures articulos continere censem. Quod tamen ideo semper affirmare non licet, quia consensu partium etiam ex post qualitas quaedam negotio principali adiici potest.
 - 2) Si qualitas continet factum separatum ab eo, de quo in confessione agitur v. c. si quis confiteretur, se mutuum quidem accepisse, sed alterum ex alia causa sibi teneri. Cum vero hoc ad qualitates, quae a facto principali disiunctae sunt, referri debeat, nomen exceptionis a qualitatibus connexis non meretur.
 - 3) Si qualitas confessioni inutiliter fuit adiecta. Tum enim, quia factum non satis ea determinatur, etiam ad eum effectum coniungi non posse existimant, ut probatio asserti ab altero exigatur.
 - 4) Si qualitas confessioni adiecta magis iuris est, quam facti. Quae quidem confessio neque prodest, neque obest confitenti, quia ius per se certum est a). Proinde si reus profitetur factorem possedit, sed hanc
- y) Conf. l. 9. D. de Except. z) BRUNNEMANN in Proc. civ. cap. 21. pag. 215. n. 5. a) L. 2. D. de ignor. iur. & fact.

hanc possessionem vitiosam fuisse, tum probatam esse possessionem ex ipsa adversarii confessione putant, & iudicium dicendum in actoris favorem, cum de iure eius potiori clarissime appareat b). Sed haec vix quoque nomen exceptionis meretur, quia omnis confessio semper de facto nunquam vero de iure fieri debet.

Cum vero iam dictum est, eam demum confessionem qualificatam vel in totum acceptandam vel in totum repudiandam esse, qua factum aliquod sub limitatione connexa ab adversario tanquam verum agnoscitur, patet, omnes hos casus per ipsam definitionem, in qua facta connexa supponimus, iam exclusos esse, nec exceptionem efficere posse, cum sub ipsa regula non comprehendantur.

§. XVII.

Addunt quoque hanc limitationem, si adversarius qualitatem eam falsam esse probaverit. Cum enim partes in uno eodemque facto converniunt, intuitu aliquarum determinationem vero dissentunt, propter quas adversarii intentionem non fundatam esse confitens affirmat, sequitur, simulac probatum est, falsam esse determinationem a reo adiectam, statim quoque fundatam esse intentionem alterius ex confessione adversarii. Sed hanc quoque spuriam esse exceptionem, inde appetat, quod omnis quaestio in confessione qualificata eo spectet, cui onus probandi iniungendum sit. Probata itaque ab adversario falsitate qualitatis, post probationem non amplius de confessione qualificata quaeritur.

Denique si quis primo simpliciter confessus est & ex intervale de-
mum qualitatem annexit; confessionem separata capitula continere & ita
dividi posse affirmant. Maiori vero iure statuendum esse existimo, etiam
post confessionem adiici posse qualitatem ad eum effectum, ut non divi-
datur, dummodo vere connexa sit, quod non ex modo quo proponitur,
sed ex ipsa eius natura diuidicari debet. Mutari enim potest quelibet
confessio nociva vel probato errore, vel restitutione in integrum c).

C 3

CAP.

b) CRAVETTA Conf. 150. n. 5. HARTM. PISTOR Lib. IV. qu. 16. n. 4. c) Cf.
ILL. G. L. BOEHMERI X. de confes. c. 2. X. de rest., in Princ. iur. canon. pag.
§§1. c. 3. integr.



CAP. II.

DE CONFESSiONE QVALIFICATA IN CAViS CRIMINALiBVS.

§. XVIII.

Quae sufficienter probant in civilibus, non per omnia eundem effectum habent in causis criminalibus. In quibus cum de fama & vita hominis agatur, maximis tantum argumentis, quae summo verisimilitudinis gradu pollent & vix fallere solent, fides tribuenda est. Media igitur probationis incerta & lubrica aut plane non admittuntur, aut saltem eum effectum non habent, ut poena sequi auctorem suum possit. Sic v. c. juramenti delationi in causis criminalibus locus non est, etiamsi per eandem innumeræ causæ civiles finiantur; nec suppletorium admittitur, quia iurantem tanquam testem in propria causa constitui. Exactam probationem ius romanum desiderat, quamquam eandem indicis indubitatis, quae ad summum verisimilitudinis gradum adscendunt, peragi posse statuat. Satis luculenter disponitur in l. 25. C. de prob. sciant cuncti accusatores, eam se rem deferre in publicam notionem debere, quae munita sit idoneis testibus, vel instructa apertissimis documentis, vel indicis ad probationem indubitatis & luce clarioribus expedita. Rigorem iuris romani non solum servant leges Carolinae criminales, sed ulterius progrediuntur, & probationi in causis sanguinis poenam inferentibus certos limites ponunt, profligata omni artificiali reum convincendi methodo. Ea probationum genera reiciunt, quorum dubia & incerta est applicatio, ea sola retinent, quae per testes, aut documenta, aut per confessionem fiunt. Integra Const. Crim. Car. sollicite distinguit *Muthmaßung*, *Verdacht*, *Argwohn* a *Beweisen*, & in Art XXII. expresse constituitur: denn soll jemand endlich zur peinlichen Strafe verurtheilt werden, das muss geschehen, aufs Beken-nen und Beweisen, und nicht auf Vermuthung.

§. XIX.

Confessionis quoque diversa ratio est in causa criminali, quam in ci-
vili d). Ei enim qui in iudicis privatis falsa profiteretur, non adeo mag-

num

d) L. 5. D. de const. regi.

num imminet periculum, quin aliunde vel fortunae beneficio vel summa industria recuperari possit. Sed in criminalibus confiteri admodum periculosum est, quoniam & vera confessis & falsa dicentibus idem doloris finis ostenditur e), & dilata poena facile exigi potest, exulta semel revocari non potest. Reête itaque monet QVINCTILIANVS: f) ea natura est omnis confessionis, ut possit videri demens, qui de se confitetur. Hic furor impulsus est, alius ebrietate, alius dolore, quidam questione. Nemo contra se dicit, nisi aliquo cogente. Non raro enim taedium vivendi, angustia rei familiaris, iqualor carceris, metus g), arra bilis, morbi infan- biles & quae aliae causae homines commovent, vitae suae finem exoptandi, hoc efficiunt, ut quis iudicem adeat, & de se ipso tale delictum confiteatur, pro quo mortem voluntariam subire possit h). Hoc monet ULPIANVS in L. 1. §. 27. D. de quaest. non semper ei fidem habendam esse, qui ultro de maleficio confitetur. Eadem quoque est sententia D. SEVERI in eiusd. legis §. 17. qui rescribit: confessiones reorum pro exploratis faci- nioribus haberi non oportere, si nulla probatio religione & cognoscentis instruat. Ut igitur confessioni fides tribuatur, alia adminicula accedant necesse est, quae iudicem de veritate delicti convincant. Illius enim tanta vis non est, ut iudex supersedere possit inquisitione: quin potius haec pro indagandis legitimae confessionis requisitis, tanta prudenter, sagacitate & sequitate peragenda sit, ut ram innocentiae, quam delicti indicia legitime detergantur. Proinde, si de poena capitali agitur, evidentia facti adesse debet, & maxima iniquitatis esset, sine ea reum animadversioni subicere. Simulac itaque aliqua ambiguitas & dubitatio in confessione emergit, iu- dex criminalis de ea removenda sollicitus esse debet. Hoc accedit, si asser- tioni confitentis narrationes vagae & indeterminatae insunt, quae nullis plane aliis circumstantiis intuitu loci, temporis & qualitatis delicti stipatae sunt. Non enim sufficit dixisse, furtum commisi, homicidium perpetravi, nisi simul de homicide & de corpore delicti constet, nisi addatur, quis, quid, quantum & quo loco delicta sint. Quibus circumstantiis in cogni- tionem exactiorem non vocatis, omnia incerta manent, & quid iustum aut iniustum sit, definire non licet.

§. XX.

e) Conf. HEINECCI DISS. de religione iudicis circa reorum confessiones §. 30.

f) QVINCTIL. Declamat. CCCXIV.

g) L. 1. §. 27. in fin. D. de quaest.

h) Conf. LAVTERBACHI DISS. de confessione §. 48. LEYSER in Med. ad D.

sp. DLXI, m. 1,

§. XX.

Praeter evidentiam facti de veritate confessionis constare oportet, i. e. facta delicti exploratione allegatae a reo circumstantiae veritati conformes reperiri debent. Quo magis illae cum ipsa confessione convenient, eo plenior est verisimilitudo; si vero adeat repugnantia, nihil auctum censerur, & vis probabilitatis nisi prorsus decrescit, saltem maiori ex parte infirmatur. Si quis homicidium confiteretur, in indagatione vulnerum vero, a peccatis suscepta, alia causa mortis reperitur, quam quae ab accusato edita est, condemnationi non statim locus erit, secundum *Nemes. Carol. Art. vi. xx, & x.* In delictis transeuntibus vero, cum ocularis inspectio non datur, nexus confessionis cum indicis concurrentibus pro corpore delicti est, & iudex criminales in iis acquiescere debeat. Quia vero de existentia delicti satis constare & tamen evenire potest, ut quis se delicti auctorem profiteatur, qui crimen non commisit, iudex rationem habere debet eorum indiciorum, quae reum intuitu existentis delicti gravant. Quem in finem examen tali modo suscipiendum est, ut circumstantiae detegantur, quae innocens vix scire possit & ex quibus appareat, confidentem ipso momento delicti praesentem, eiusque partipem fuisse. Egregia in hanc rem est sanctio Caroli V. ⁱ⁾). So obgemeldte Fragstücke auf Bekenntniss, die aus oder ohne Marter geschiehet, gebraucht werden, so soll alsdenn der Richter an die End schicken, und nach den Umständen, so der Gefragte der bekannten Misserhat halber erzehlet hat, so viel zur Gewisheit der Wahrheit dienlich, mit allem Fleiss fragen lassen, ob die Bekenntniss der obberührten Umstände wahr seyn oder nicht. Dann so einer anzeigen die Maafs und Form der Misserhat, als vor zum theil gemeldet ist, und sich dieselben Umstände also erfunden, so ist daraus wohl zu merken, dass der Gefragte die bekannte Misserhat gethan hat, sonderlich so er solche Umstände sager, die sich in der Geschicht haben begeben, die kein Unschuldiger wissen kann.

§. XXI.

Ita comparata confessio in causis criminalibus plenam fidem operatur, si videlicet facta tam liquida sint & cum confessione convenient, ut non possint non dolosum vel culposum prodere delictum. Si infanticidii accusata

ⁱ⁾ In C. C. Art. LIV.

sata partum scienter cistae inclusisse, funiculum non obligasse, alimenta eidem subtraxisse fatetur, & haec omnia ita sese habere deprehenduntur, nulla dubitatio est, quin confessio effectum plena probationis habeat. Quod vero ad eius formam attinet, leges desiderant, ut in iudicio fiat, & quidem coram eo iudice ad cuius cognitionem causa praesens spectat i. e. coram iudice competente, & ab aëtuario iurato calamo excipiantur *k)*, aut ab eo, cui specialiter a iudice examen rei mandatum est. Quodsi quis extra iudicium crimen confitetur, tum ante omnia distinguendum est, utrum de causa capitali, an de non capitali agatur. Si posterius, maior fides confessioni habetur, & saepius repetita, quoad leviorem poenam infligendam sufficit; sin vero causa capitalis adest, semiplenam tantum probationem operatur, & non nisi indicium ad torturam efficit, si de ea certo constet *l)*. Cum vero in iudicio reperitur, eandem fidem habet, quae iudicali competit.

S. XXII.

Quibus praemissis, ad confessionem qualificatam progredior. Haec in causis criminalibus ex iisdem principiis aestimanda est, ac in civilibus, quounque nulla ratio diversitatis intercedit. Talis oritur ex natura delicti, tanquam facti absolute prohibiti. Eiusmodi factum itaque ex regula prae-sumitur illicitum, nisi specialis interveniat ratio, ex qua illud a vitio delicti alienum & legitimo iuris sui usu suscepimus esse præsumi queat. Ex quibus intelligitur, confessionem qualificatam facti, quod sua natura in delictum incidit, ita dividi posse, ut reiecta ad probationem exceptione, delictum pro agnito habeatur: confessionem vero, sub ea qualitate factam, pro qua militat specialis præsumptio, dividi non posse, sed eam in totum vel acceptandam vel repudiandam esse. Ex facto accidisse refert SCACCIAS *m)*, ob homicidium accusatum confessum esse, se occidisse Titium eo tempore, quo iam banno punitus fuerat. Cum præsumptio ex statu praesenti pro qualitate a reo adiecta militaret, accusatori probatio iniuncta est, quod homicidium ante illud tempus factum sit. Ponamus ob incestum accusatum confiteri concubitum, sed eam, cum qua concubuit, sibi sanguine iunctam esse, negare. Fingamus, publice non constare de consanguinitate inter has personas obveniente; nulla ratio est scientiam consanguinitatis ex

D

con-

k) vid. Constat. Crim. Car. Art. CLXXXI. *l)* vid. C. C. C. Art. XXXII. Conf. II. CHR. FR. GEO. MEISTERI Princ. iur. crim. Sect. III. c. XV. §. 8. n. 3.
m) v. SCACCIAS in Tr. de Judiciis pag. 587, sq.



concubitu praesumendi, sed potius praesumtio facti alieni pro qualitate
a reo proposita pugnat, ideoque incestus pro agnito haberi nequit.

S. XXXI.

Deficiente vero hac praesumtione pro qualitate a reo adiecta, reus
onus probandi subire tenetur: cum ex confessione facti illiciti contra eum
militet praesumtio. Eandem sententiam sequitur GAIL. in *Tr. de Pac. publ. n.* existimans, confessionem qualificatam in causis criminalibus sine
qualitate acceptari posse, ex hac potissimum ratione, quod in delictis praesumtio
semper contra delinquentem militat *o)*, & ideo in causis fractae pa-
cis confessionem rei qualificatam sine qualitate necessariae defensionis accepta-
ri posse & probationem eius reo per modum defensionis incumbere existimat.

GVAZZINVS in *Oper. Crim. p.* exemplum notarii afferit, qui ob com-
missum falsum accusatus & fere convictus, cum non dolo sed ex errore
vitium accidisse assereret, ad probandum allegatum errorem condemnatus est.

Pari ratione, si mulier, quae clam peperit & partum occultavit, igno-
rassfe esse praegnantem, aut mortuum esse infantem contendit; innocentiae & ignorantiae haud probabili fides non habetur absque probatione *q).* Ex graviditatis enim partusque occultatione indicium dolosae caedis oritur,
cum in clandestino partu iam culpa aliqua lateat, etiamsi nec de vulneribus
partui illatis constet, nec mater ex imperitia & negligentiā quid agendo aut
partui debito modo non subveniendo causam mortis praebuerit. v. c. c. c.
Artic. cxxx. So aber ein Weibsbild ein lebendig gliedmaessiges Kindlein,
das nachmals tot erfunden, heimlich gebohren und verborgen hätte, und
so dieselpig erkundigte Mutter — Entschuldigungsweise fürgebe, wie
das Kindlein, ohne ihre Schuld tot von ihr gebohren seyn soll, wollt sie
dann solch ihr Unschuld durch redlich gut Ursachen und Umstände durch
Kundschaft ausführen —. Denn ohne obbestimte gnugsame Beweisung,
ist der angeregten vermeynten Entschuldigung nicht zu glauben, sonst
möcht sich eine jede Thäterin mit einem solchem gedichten Fürgeben le-
digen. Tales enim circumstantiae excusationem verisimilitudine alienam
efficiunt. Itaque additur: so ist kein glaubwürdigere Ursache, dann dass
dieselbige Mutter durch boshaitigen Fürsatz vermeint, mit Ertötung des

unschul-

n) L. 1L. c. XVI n. 3. *o)* c. 1. X de praesumt. l. 2 §. 8. D. de vi bon rapt. l. 5 C de iniur. Notant hoc Dd. in c. 2. X de instit. p) v GVAZZIN in Oper. Crim Def XXXII. c XXXV n 6 q v THESAVRVS in Decis. pede non Dec. XIII. 1. H. BOEHMERII 1. E. P. lib. II. tit. 18. §. 4.

unschuldigen Kindleins, daran sie vor, in oder nach der Geburt schuldig wird, ihre geübte Leichtfertigkeit verborgen zu halten.

§. XXIV.

Eadem ratione ex confessione homicidii praesumtio iuris militat contra eum, qui moderamen inculpatae tutelae ad sui defensionem allegat. Expressus illud sancitum est in *I. I. C. ad l. Corn. de sic. qui si probaverit, non occidendi animo hominem a se percutsum esse, remissa homicidii poena, secundum disciplinam militarem sententiam proferet r).* Evidenter adhuc eam in rem disposuit Imperator Carolus V. in *C. C. Art. clxi.* "Welcher sich aber nach Erfindung der That einer gethanen Nothwehr berühmet, oder gebrauchen will, und der Ankläger des nicht geständig ist, so legt das Recht dem Thäter auf, solche berühmte Nothwehr zu Recht genug zu beweisen, beweist er dienicht, er wird schuldig gehalten." Cum enim homicidium inter privatos absolute prohibitum sit: & non nisi in defensionis casu excusationem recipiat, leges summo iure probationem moderaminis inculpatae tutelae postulant. Nec obstat, quod quilibet in dubio bonus praesumatur. Hic enim iam constat de facto, regulariter iustio, quod ideo bonum praesumti non potest. Ne dicam, si homicidae simpli- citer fides tribueretur, rarissime poenam homicidii locum habiturum esse s).

SEUAST. GVAZZINVS t) putat quidem, si confessio incipiat a negativa v. c. non occidi, sed si occidi, ad defensam occidi; vel si incipiat a conditione, si interfeci, ad defensionem interfeci, tum confessum pro negante habendum esse, & talem confessionem dividi non posse, auctorem itaque probare debere, homicidium dolo commissum esse. Observandum vero, eiusmodi confessionem esse indeterminatam & incertam, ideoque iudicem ante omnia laborare debere de clara & perspicua facti confessione.

§. XXV.

Sed videamus, quo effectu suscipienda sit probatio, si praesumtio iuris aut indicia contra qualitatem adiectam militant, & ita reo onus probandi incumbit. Utrumque considerabimus casum, quo reus qualitatem adiectam vel probat vel eandem non probat. Neque enim priori casu simpliciter affirmari licet, confidentem & exceptionem confessioni adiectam probantem a poena & actione criminali liberum esse. Aliae enim exceptio-

D 2 tiones

r) Cf. ANDR. GATL. de P. P. L. I. c. 16. n. 4. HARTM. PISTOR obs 125. s) Cf. KRESS Com. in C. C. C. ad Art. CXLI. §. I. n. 3. t) In Oper. Crim. Def. XXXII. c. XXXV. n. 8.



tiones innocentiam rei omnimodo evincunt, v. c. si homicida moderamen
inculpatae tutelae praetendit & sufficienter probat; aliae vero minorent
gradum doli vel culpae involvunt, v. c. qui homicidium faceret, sed delibe-
ratur animum occidendi negat, & per imperitiam aut negligentiam potius
homicidium commissum esse obicit. Cuius fei consequens est, quod in
quolibet casu obvenienti secundum naturam qualitatis & eius quod proba-
tum est, iudicari debeat. Mulier, quae clam peperit & partum occultavit n),
praesumptionem contra se haber, quod infanticidium dolose commissum sit.
Ponamus vero eam vel sub tormentis vel alia ratione probare, sece animu-
laeendi non habuisse, sed pro ignominia abolenda partum clam edere
voluisse, pro conservando vero alendoque eo optimum consilium cepisse,
sed virum defectum aut aliam causam impedimento suisse, quo minus lap-
sum infantis in terra noxiun, aut effluxum sanguinis ex umbilico prae-
cavere potuisset. Quae omnia, si vel maxime clare probata sint, tamen mater ab
omni poena non liberari potest, quia in clandestino partu culpa latet, nec
ea ignorare potuit periculum clandestini pueritii eiusque incertum in-
felicemque exitum. It, simili fere casu ita pronunciatum esse invenimus
apud BOEHMERVM in *Observ. ad CARPOVIT Prax. Crim. x).* "Dieweil
"D. F. in scharfer Frage erhalten, dass sie ihr Kind nicht umgebracht,
"noch ihm einig Leid zugefügt, so bleibt sie mit der ordentlichen Todes-
"strafe verschont; sie wird aber gleichwohl von deswegen, dass sie die
"Schwangerung sowohl, als die Geburt des Kindes verneinet, mit Staupen-
"schlägen und ewiger Landesverweisung billig in Straffe genommen."

§. XXVI.

In altero casu, quo reus limitationem confessioni adiectam probare
non potest, quaestio in primis oritur, num accusator qualitatem a reo non
probatum ad eum effectum reiiciere possit, ut poena ordinaria infligatur.
Quia in re omnino interest, utrum de tali delicto quaeratur, de qua non
aliter quam per confessionem rei constat, an vero illud iam aliunde pro-
batum sit. In ultimo casu, nulla dubitatio oritur, quin reiecta qualitate
poena ordinaria infligatur. Si vero nihil probatum est, & de delicto non
nisi ex confessione accusati constat, tum, si vel maxime limitatio a reo addita,
probari non possit, tamen poenam ordinariam non admittendam esse defen-
dimus. Supra enim iam dictum est, neminem ex confessione propria ad
poenam

n) v. C. C. Art. CXXXI. x) P. I. quest. XV. obs. 4.

poenam capitalem, aut quae mortis poenae aequiparatur, condemnari posse, nisi eam veram esse aliunde appareat. Quodsi enim nulla inveniuntur indicia, quae cum confessione convenient, ea non operatur, ut poena ordinaria confessum sequatur.

Valet illud co magis in confessione qualificata, quae tantum abest, ut affirmationem contineat, ut potius factum ab adversario assertum, aut in totum aut pro parte neget. Proinde quoque reiecta qualitate eandem vim probandi non habet, quae purae confessioni tribuitur, quia omnis effectus eius in praesumptione iuris non clara posita est y). Denique ex hac quoque ratione poenae ordinariae locus non datur, quia ex praesumptionibus nemo facile ad poenam capitalem aut corporis afflictivam condemnari debet.

S. XXVII.

Vis praesumptionum in probatione delicti tanta non est, ut ei fides haberi possit. Etiam si enim ius romanum violentis praesumptionibus in probatione criminis magnam vim tribuat, in eaque religione iudicis multum relinquat: quae enim argumenta ad quem modum probanda cuique rei sufficient, iudex arbitrari & iudicari juberur, quid aut credat aut parum probatum opinetur 1. 3. §. I. de teß: longe aliter tamen iudicat Imperator Carolus V, qui sententiam, qua poena capitalis aut corporis afflictiva imponitur, liquidis & certissimis probationibus innixam desiderat. Hoc ex diversis locis C. C. C. praecipue vero ex Art. xxii, luculenter apparer: "Es ist zu merken, dass niemand auf einigerley Anzeigung, Argwohn, Wahrzeichen oder Verdacht endlich zu peinlicher Straffe soll verurtheilt werden, sondern allein peinlich darf man darauf fragen, so die Anzeigung, als hernach funden wird genugsam ist. Dann soll jemand endlich zu peinlicher Straffe verurtheilt werden, das muß aus eigenem Bekennen oder Beweisen beschehen, und nicht auf Vermuthung oder Anzeigung". Si ergo mulier, quae clam peperit & partum occultavit, defecum animi occidendi probare non potest, poena capitali non erit plectenda z). Eodem modo, si in casu homicidii opposita exceptio mode-

D 3

rami-

y) In praxi tamen confessio qualificata, cui addita qualitas praesumptioni juris adversa nec probata, aequiparatur purae legitimae, nimirum judicialis qualificata cum judiciali pure, extra judicialis qualificata cum extra judiciali pure pari passu ambulant. Vid. III. MEISTERI Princ. iur. crim. Sect. III. c. 15. §. 8. z) PAUL DE CASTRO in l. f. n. 4. & seqq. Cod. de prob. ALCIAT. de praesumt. reg. 2. praeſ. 9. n. 4. FELINVS in c. afferte n. 6. X de praesumt. BOEHMERVS in Obs. ad CARPEZ. prax. crim. P. I. quaest. 15. obs. 4.

raminis inculpatae tutelae probari non potest, nec tamen aliunde de animo deliberato constat, condemnationi ad poenam capitalem locus non erit. Quod eo magis ex verbis C. C. C. colligere licet, quia ne poena quidem ordinaria ex mente Imperatoris infligi debet, si vel maxime quaedam circumstantiae, quae speciem veritatis praefereunt, defensioni necessarias contrariae adsint: "Denn wiewohl nicht leichtlich ein Weib einen Mann zu einer entschuldigten Nothwehr ursachen mag, so wäre doch möglich" — a).

§. XXVIII.

Cessante itaque poena ordinaria non minus in quaestionem venit, num poena statim extraordinaria admittenda sit. Affirmat illud GAIL. in Tr. de Pac. Pub. b) "communis est Doctorum opinio, si de homicidio non aliter constat, nisi ex illa confessione rei qualificata, & reus in probatione qualitatis deficiat, quod poena capitalis s. banni non sit infligenda, sed mitior poena, eo quod in criminalibus requirantur probationes concludentes & luce meridiana clariores l. fin. Cod. de prob. l. absentem D. de poenis. Sed qualificata confessio, et si sine qualitate acceptari possit, tamen ex parte rei non est pura simplexque confessio. Et licet praesumtio sit contra confidentem in aetibus illicitis & delictis, tamen ex praesumptionibus etiam vehementioribus non debet poena ordinaria sed extraordinaria & mitior imponi." THESAURVS in Decif. pedemont. c) exemplum afferit de muliere, quae infanticidii rea allegat, ignorasse se esse praeannuntiata & casu emisisse foetum in latrinam. Quaerebatur, quid de poena statuendum esset, cum hanc exceptionem non probaverit. Thesaurus censuit, poenam mitigandam esse. Eadem ratione decisa est alia causa apud Thesaurum, in qua mulier clam filium pepererat & confitebatur, se quidem insanem peperisse sed mortuum. Judicat, hanc confessionem ad effectum poenam ordinariam infligendi non esse scindendam, ideo quod de delicto non aliter, quam per confessionem constaret, sed poenam extraordinariam dictandam esse d).

Ad poenam vero extraordinariam & mitiorem non statim configundum esse, vel ex eo patet, quia accusati saepissime exceptions vagas & falsas, quae probari non possunt, proferunt. Quae si eum effectum haberent, ut poenam simpliciter mitigarent, rarius aut nunquam poenae ordinariae locus

a) Vid. Conf. crim. Car. Art. cxliv. b) L. I. c. 18. §. 6. c) Decif. XIII. n. 4.

d) Quod tamen expressis verbis NEMES. CAR. Art. cxxxli, repugnat. Vid. I. H. BOEHMERI Jur. eccles. Prot. c. 2. tit. 18 §. 4.

locus esset. Nec tamen ideo absolví potest accusatus, cum aequa salutis publicae novum sit, si, qui alterum occidit, ob solam affirmationem moderationis inculpatae tutelae, sine probatione ab omni poena liber esset.

S. XXIX.

Quodsi itaque reus, deficiente omni alia probatione, nihilominus in confessione qualificata perseverat, media eruenda veritatis prius adhibenda sunt, quam ad poenam progredi possit. Tortura aut territo aut purgatorium pro circumstantiarum diversitate a iudice decernenda erunt. Tortura nimurum, si presumtiones proximae quae rarissime fallunt, contra qualitatem militant. Et haec quidem indicia certa & indubitata esse, & cum delicto adeo convenire debent, ut nihil nisi confessio simplex delinquentis deesse videatur. Quaecunque vero indicia ad torturam sufficientia sunt, ob varias factorum & delictorum ~~negligentes~~, accurate & ad numerum definiri nequit, sed prudentiae iudicis ut plurimum relinquendi debet e). Quae-dam tamen indicia expressa invenimus in Art. xvii. C. C. C. "als die nachfolgende Articol, deren jeder allein eine redlich Anzeigung macht, und zu peinlicher Frage genugsam." Quodsi in infanticidio de vi infanti illata liquido appareat, mulier vero infantem mortuum natum esse dicat, non nisi ad torturam recurrendum erit. Convenit cum eo Art. cxxx. C. C. C. "Darum wenn eine solche Mörderin auf gedachter ihrer angemachten, unbeweist, freventlichen Entschuldigung bestehen bleiben wollt, so soll man sie auf obbemeldte genugsame Anzeigung bestimms unchristlichen und unmenschlichen erfundenen Uebels und Mords halber mit peinlicher ernstlicher Frag zu Bekänntniß der Wahrheit zwingen". Si armatus & robustior alterum infirmorem & armis destitutum occidit, postea vero moderamen inculpatae tutelae ad sui defensionem allegat, is non nisi per torturam moderamen probare poterit, & in simili fere casu responderunt Scabini apud BOEHMERVM in Obs. ad CARPZOV. quæst. xxxiii. obs. 5. "So möchte Inquisit von wegen solcher begangenen und bekannten Entleibung hinwiederum mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode gestraft werden. Es dürfte denn Gefangener in ziemlicher scharfen Frage, die Nothwehr erhalten ; da-

mit

e) Si presumtiones, quæ pro inquisito & contra eum militant, aequa lance persistunt, tum admodum difficile est, vel torturæ locum facere, vel purgatorio omnem rem & decisionem committere. Inde quidam Icti moti sunt, in tali casu sententiam sequi medium & accusato poenam extraordinariam constituere. CARPZOV. Pr. rer. crim. n. 73. LEYSER sp. 600. m. 40. KRESS ad Art. XXII.



„mit würde er gestalten Sachen nach, weil es ihm an Zeugen mangeln thut, bil-
lig gehöret und zugelassen, und immittelst mit der Execution der zuerkannt-
ten Todesstrafe, bis die Tortur verrichtet, und man sich anderweit darüber
des Rechtns belehrer, in Ruhe gestanden“.

Territorio vero obtinet vel ex natura criminis, quod poena corporis afflictiva puniri solet, vel ob defectum indiciorum ad torturam sufficientium, vel ob conditionem personae, cui tormenta applicari nequeunt, vel denique in infimae sortis hominibus, qui ob metum periussi purgationi canonicae committi non possunt f). Quando itaque territione in confessioni qualificata locus sit, arbitrio iudicis secundum leges iudicantis relinquendum erit.

S. XXX.

Denique ad *Jurandum purgatorium* progreder, quod in causis criminalibus admittitur, quotiescumque contra reum praesumtiones & indicia verisimilia militant g), nec tamen torturae aut territione locus est. Quando itaque ex sola confessione delicti praesumtio contra veritatem qualitatis pugnat, purgatorium deceinendum erit, si vel maxime contra qualitatem adiectam indicia nulla adfinc. Quodsi vero praeter confessionem propriam indicia contra additam qualitatem deteguntur, pro causa & accusati conditione, graviora quoque media veritatem eriendi applicanda erunt. Illustrare hoc iuvabit exemplo, quod extat in REINHARTH Obs. ad Chriſt. Decis. h) in quo illustris Ictorum ordo Goettin-gensis loco torturae, quam Jureconsulti Rostochiensis foeminae infanticidii inculpatae dictaverant, iuramentum purgatorium substituere non dubitavit. Verba huius sententiae adicare, non a re alienum erit: „Da nun mehr zus den verhandelten Inquisitions Actis und geführten Defensions Schriften soviel zu befnden, dass zwar peinlich Angeklagte mit der Tortur zu verschonen, es ist aber dennoch dieselbe nach vorhergehender ernstlicher Warnung vor der schweren Strafe des Meineides, sich zu reinigen, und das sie das in der Nacht zwischen 11 und 12 Uhr, ohne Beyhülfe allein zur Welt geborene Kind werden noch in oder nach der Geburt uns Leben zu bringen sich vorgenommen, wenige dergleichen Absicht bey oder nach der Geburt ins Werk gerichtet, und zu solchem Ende damit das Kind ersterben sollte, die Nabelschnur unverbunden nicht gelassen noch dasselbe, um es zu ersticken in das Hemd eingewickelt, und eben in solcher Absicht unter die Molje versteckt, und endlich sonst damit nichts vorgenommen, wodurch es uns Leben kommen sey, sie auch das es nach der Geburt wirklich gelebet, nicht verspüre habe, zu schwören schuldig. Sie thue nun solches oder nicht, so ist sie zwar ersten Falls mit der ordentlichen Todesstrafe zu verschonen: Es wird aber dieselbe um deswillen, dass sie ihre Schwangerschaft deutlicher nicht entdecket, noch zur Zeit der Geburt um Hülfe gerufen, noch dasselbe nach der Geburt alsbald vorgezeigter, nach abgeschworener Urphede des Landes auf 2 Jahr verwiesen, ist auch dafern sie soviel in Vermögen, die veruhrsachten Inquisitionskosten zu bezahlen pflichtig. Letzten Falls aber und dafern sie den zuerkannten Eyd ganz oder zum Theil abschwören nicht vermag, ergehet ihrer Bestrafung halber oder sonst fernere, was Recht ist.“

f) Vid. II. MEISTERI Princ iur. crim. Sect. III c. 21. §. 4. g) L. 6. §. 5. C. de his, qui ad eccles. config. Auth. Novo iure C. de poen. iud. qui mal. iudic. L. 22. §. 10. C. de iur. delib. h) Vol. IV. obl. LIV.

Göttingen, Diss., 1769



16078



24
DE
CONFESIONE QUALIFICATA
SPECIMEN IN AVGRALE

QVOD

POTENTISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
DOMINO


GEORGIO III.

MAGNAE BRITANNIAE FRANCIAE ET HIBERNIAE REGE
DEFENSORE FIDEI

ERVNSVICENSIVM ET LVNEBURGENSIVM DVCE
S. R. I. ELECTOR ARCHITHESAVRARIO

RECTORE GEORGIAE AVGVSTAE MAGNIFICENTISSIMO

xrite colorchecker CLASSIC



V S T R I S
ORDINIS AVCTORITATE
I C E N T I A
O Q V E I V R E H O N O R E S
O N S E Q V E N D I
U M E X A M I N I S V B M I T T I T
D E GRAFFEN

V R G E N S I S .

S E C V N D A .

XXV. OCTOB RIS C I C I C C L X I X .

O R D I A E ,
C H . H A G E N , M D C C L L X X I I I .

KONFRIED
UNIVERS.
ZV HALLE